

**6219** M. Iulio Zotico | decurioni, | patri decurionum | et seviro Augustalium, | q̄q̄. eiusdem ordinis, | dendrophori q̄q̄. suo | perpetuo et patrono | dignissimo ob merita eius. L. d. d. d. (*In latere*) dedik. VIII kal. Iul. | imp. M. Aurellio A[n]t[on]i[n]o<sup>1</sup> Pio Felic. Aug. [III]<sup>1</sup> | P.<sup>2</sup> Valerio Comazonte | II cos.<sup>3</sup>, | cur. Abudio Prisco Cassidario | Demetrio et Celerino Statieno | Clementiano.

*Rep. una cum N. 6218 et una cum ea adservata (XIV 2809 vidi). — 1) Nomen Antonini Elagabali et numerus consulatus erasa sunt. — 2) De praenomine Comazonis cf. Prosopogr. imp. Rom. III p. 355 n. 42; Boissevain in editione Dionis Cassii III p. 452. — 3) A. 220.*

**6220** Fl. T. fil. Variane | ob merita | Crescentis | Augustor. lib. patris eius, | qui omnes honores | municipi n. delatos sibi | sincera fide gessit, | dec. populusq.

*Rep. una cum N. 6218. 6219 ibidemque adservata (XIV 2807 vidit Henzen).*

**6221** P. Clodius Helix, | L. Atilius Thamyrus | praefecti Augustal.<sup>1</sup> | basim posuerunt et | statuam refecerunt | d. s. p. ex d. d.

*Rep. eodem loco quo N. 6218 seq., videtur periisse (XIV 2805 bis vel semel descripta). — 1) Praefectos Augustales hos fuisse libertinos indicant cognomina Graeca; similiter N. 6222, itemque supra N. 948, ex quo titulo videtur colligi posse praefectos hos quattuorvirorum loco (supra N. 272) interdum Gabiis fuisse.*

**6222** L. Pi[nnius] . . . . ., | L. Pin[nius] Nedyms | praefecti Augustales | L. Pinnius Porphyrio q.

*Rep. una cum N. 6218, videtur periisse (XIV 2811 semel descripta).*

*Alias inscriptiones Gabinas dedi supra N. 272. 321. 948. 1295. 1609. 4118. 5449.*

**6223** M. Aurel[i]o | Caesari, | imp. Caes. T. Aeli | Hadriani Antonini | Aug. Pii pontif. max., | trib. pot. III, cos. III<sup>1</sup>, p. p., filio | senatus Fidenatium.

*Prope Romam rep. via Salaria (ad duodecimum chilometrum viae ferratae Hortam ducentis), ubi fuerunt Fidenae (Eph. ep. 7, 1269 descr. Lanciani). — 1) A. 140 (mirum est M. Aurelium patris in tertio consulatu collegam non dici consulem).*

**6224** magno et | invicto imp. | Gallieno Pio | Felici Augusto senatus Fid., | devoti numini | maiestati q. eius, | dict.<sup>1</sup> C. Petr. Podalirio | et T. Aelio Octobre, cu[r]. ag. T. Ter. Octobre.

*Prope Romam rep. via Salaria ad villam marchionis Spadae, ibi fere ubi N. 6223 (XIV 4038 aliquoties descripta cum reperta est anno 1767). — 1) Dictatoribus (collegium dictatorum praeterea non reperitur. Singulos dictatores habes Nomenti supra N. 2740. 4378, Lanuvii supra N. 6194 cf. N. 6200, Ariciae N. 6193). Duoviri Fidenates posuerunt titulum multo antiquiorem supra N. 5943.*